



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

15 vtrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

¹⁴, et aliquis suis beneficiis prouocat alii, ut pro se A

oret, etiam quando ipse ab orando cessat, & q[ui]scit.

ARTICVLVS XV.

Vtrum oratio sit meritoria.

AD QUINTVM DECIMVM sic proceditur. Vide tur, quod oratio nō sit meritoria. Omne enim meritum procedit a gratia; sed oratio praecedit gratiam, quia etiam ipsa gratia per orationem impetratur, secundum illud Luc. ii. Pater uester de celo dat spiritum bonum petentibus se. ergo oratio non est actus meritorius.

Prat. Si oratio aliquid meretur, maxime uide numereri illud, quod orando petitur: sed hoc non semper meretur, quia multoties etiam sanctorum orationes non exaudiuntur, sicut Paulus non est exauditus petens a Ie remoueri stigmulum carnis. ergo oratio non est actus meritorius.

Prat. Oratio praecipue fidei innititur, secundū il lac. i. Postulet autem in fide nihil hæsitans: fides autem non sufficit ad merēdum, ut patet in his qui habent fidem informem. ergo oratio non est actus meritorius.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 34. Oratione mea in finu meo conuertetur, dicit glo. Et si eis non profuit, ego tamen non sum mea mercede frumentis merces autem nō debetur nisi merito. ergo oratio habet rationem meriti.

RESPO. Dicendum, quod sicut dictum est, oratio preter effectū spiritualis consolations, quam p[ro]fessionaliter affert, duplēcēm habet uirtutem respe cū futuri effectū, scilicet uirtutem merendi, & uirtutem impetrandi. Oratio autem, sicut & quilibet alijs actus uirtutis, habet efficaciam merendi, in qua tum procedit ex radice charitatis, cu[u]s propriū obiectum est bonum aeternum, cuius fruitionē me remur. Procedit tamē oratio a charitate mediāte religione, cuius est actus oratio, ut dictum est, cōcomitantibus etiam quib[us]dā alijs uirtutibus, quae ad bonitatem orationis requiruntur, s. humilitate, & fide. Ad religionem enim pertinet ipsam orationē Deo offere: ad charitatem uero pertinet desiderium, cuius complementum oratio petit. Fides autem est necessaria ex parte Dei quem oramus, ut scilicet credamus ab eo nos posse obtainere, quod perimus. Humilitas autem est necessaria ex parte ipsius peten tis, qui suam iudicantium recognoscit. Est etiam & deuotio necessaria: sed hoc ad religionē pertinet, cuius est primus actus necessarius ad omnes consequē ter, ut supra dictum est. Efficaciam autem impetrantem habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit. Vnde Aug. dicit * in libro de uestib[us] Domini: Non nos hortaretur ut peteremus, nisi dare uellet. Et Chrysost. dicit: Numquam oranti beneficia denegat, qui ut orantes non deficiant, sua pietate instigat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis alijs actus uirtuosus. Et tamen etiam oratio, que impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono: quia ipsum orare, est quoddam donum Dei, ut Augustinus dicit in libro de Perseverantia.

AD II. dicendum, quod ad aliud principaliter re spicit meritum orationis quandoque, quā ad id, qđ petitur. Meritum enim praecipue ordinatur ad beatitudinem: sed petitio orationis directe se extendit

A quandoque ad aliqua alia, ut ex dictis* patet. Si ergo illud aliud, quod petit aliquis pro scipio, non sit ei ab beatitudinem vtile, non meretur illud: sed quandoque hoc petendo & desiderando, meritum amittit, puta, si petata Deo complementum aliquius pecati, quod est non pie orare. Quandoque vero non est necessarium ad salutem, nec manifeste saluti contrarium: & tunc licet orans possit orando mereri ut aeternam, non tamen meretur illud obtinere, quod petit. Vnde Aug. dicit in lib. * sententiarum Prosp[er]i. Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus, huius uitæ & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile magis, nouit medicus, quam agrotus. Et propter hoc etiā

Paulus non fuit exauditus petens amoueri stigmulum carnis, quia non expeditiebat. Si uero id quod petit, sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutem, meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo: & iō indubitanter accipit quod petit: sed quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur, ut Aug.* dicit super Ioan nem, quod tamen potest impediri, si in petendo nō perseueret. Et propter hoc dicit † Basilius. Ideo quā doque petis, & non accipis, quia perperam postulasti, uel infideliter, uel leuiter, uel non conferentiā tibi, vel destitisti. Quia vero homo non potest alii mereri uitam aeternam ex condigno, ut supra dictum* est, ideo per consequens nec ea quā ad uitam aeternam pertinent, potest aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non semper ille audiatur, qui pro alio orat, ut supra habitum * est, & iō ponuntur quatuor conditiones, quibus cōcurrentibus semper aliquis impetrat quod petit, ut scilicet p[ro] se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseveranter.

AD TERTIVM Dicendum, quod oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur principaliter charitati: sed quantum ad efficaciam impetrandi, qui per fidem habet homo notitiam omnipotentiae diuinę & misericordiæ, ex quibus oratio impetrat, quod petit.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum peccatores orando impetrant aliquid a Deo.

AD SEXTVM DECIMVM sic proceditur. Vide tur, quod peccatores orando non impetrant ali quid a Deo. Dicitur enim Joan. 9. Scimus, quia peccatores Deus non audit: quod consonat ei, quod dicitur Proverb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: oratio autem execrabilis non impetrat aliiquid a Deo: ergo peccatores non impetrant aliiquid a Deo.

Prat. Iusti impetrant a Deo illud, quod merentur, ut supra habitum * est: sed peccatores nihil possunt mereri, quia gratia carent, & etiam charitate, quae est uirtus pietatis, ut dicit glossa feunda ad Timothaeum tertio super illud, Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes: & ita non pie orant: quod requiritur ad hoc, quod oratio impetrat, ut supra * dictum est. ergo peccatores nihil impetrant orando.

Prat. Chrysost. dicit sup Matth. Patr. ion libenter exaudiit orationem, quam filius dicit auit: sed in oratione quam Christus dicit auit, tur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito ribus nostris: quod peccatores non faciunt, ergo uel men-

Ar. 6. & 7.

In li. qui in scribitur SE tertia ex Au gn. & c. 212. 10. 3. inter opera Aug.

Tract. 105. paula a pri ma 109. In ferme de oratio Deu a medio. Et in confit. Exerci.ca. i.

1. 2. q. 114. ar. 6.

Art. 7. ad 2. & 3.

Infr. q. 178. ar. 2. ad 1. & po. q. 6. art. 9. ad 3. Et 10. 4. 1. 3.

Ar. preced. ad 2.

In orebe im perfec. ho mi. 14.